

2

DECANUS

Gustavus Carlholm Phil. Mor. et Civil Prof:

Professoribus

Olaus Hermelin. Gabriel Scragge. Gabriel Siöberg.

Sveno. Cameen. Sveno Dimberg.

1 In mense septembris Philosophiae Theoreticae Professor Dñus
< Dominus > Gabriel Siöberg, apud Decanum Facultatis
indicavit se sub manibus habere opus de Philosophia
Libera; quod in varias dissertationes distribuere et publi-
cae censurae submittere conetur. Praeliminaria eius mox tradidit
Decano approbanda.

2 In mense Octobri juvenis Studiosus Nob: De Junte Rigensis in
animo se habere significavit disputare De causis belli Germa-
nici a gloriosissimae mem[oriae] Gustavo Magno Sveconum Rege
gesti.

3 Sub sigillo Facultatis multa testimonia depositionis et absolutionis
data sunt potentibus.

Ms. 1115

1

50 Lt.

ACTA.

FACULTATIS, PHILOSOPHICÆ.

IN.

ACADEMIA. DORPATENSIS.

AB. IPSO. ANNO. RESTAURATIONIS.

QUI. INCIDIT.

IN.

M. DC. XC. ÆRÆ. CHRISTIANÆ.

MESEM³ AUGUSTI.

SUB

AUSPICIIS. INVICTISSIMI. AC. POTENTISSIMI.

HERDIS,

CARDI. UNDECIMI.

Sveo-Gothorum. REGIS.

Augustissimi.

Historiam Reipublicæ

ANNO MDCXC. Die xx Decembris.

DECANO

OLAVO Hermelin.

Prof. Eloqv. et Poës.

Professoribus iisdem, qui antea.

Peronavit Andreas Strætorius de Studiis rectè instituentis

A: 1691 d. 24 Jan. concessum est Johanni Luzenbergio Bavaro, petenti, ut sub p̄sidio
(praesidio) ejusdam Professoris disputaret publicè; et deinde semel sine Praeside.

d. 31 Jan. Carolus Undeen Vest Gothus materiam dissertationis indicavit de Studio Honoris.

Item Petrus Bartelins Vermland, (Vermlandus) de igne Subterraneo.

Kenicius Kenicii Angermann, (us) de Columnis Herculis.

d. 14 Febr. Gabriel Siöbergius, Prof Theoretices publice disputationem habuit de Libero Phi-
losopho, Respondente Magno Gabr. Edenio Vermelando.

d. 21 Febr. Georgius a Dunte, Rigã Livonus, dissertaõnem (dissertationem) de Causis expediti-
onis Gustavi Adolphi in Germaniam publice examini submitit, praeside (praeside) Svenone
Simberg, Prof. Mathem.

vd. Martii Joh. Luzenbergius de Magistratu disputavit, Praeside O. Hermelino.

d. 22 Martii Hinricus Nidderhof Rovaliensis orationem de Magnificentia Regia publicè decla-
mavit.

vd. 25 Aprilis Carolus Undeen dissertationem suam publice defendit, Praeside O. Hermelino.

d. 2 Maji Avidus Grund Verml. dissertaõnis (dissertationis) argumentum indicavit de Aquis
p̄ (per) fossas Corrivandis Emitendis. (Emitendisque).

3

d. 4. Octob. peroravit Dⁿ. (Dominus) Zacharias Brennerus, Feno, Gradœ, de Amicitia Academica.

d. 10. Octob. Dⁿ. Petrus Bartelius, Warmelandus, Disputationem suam, de Igne subterraneo, publicè defendit, Præside Prof. Ol. Hermelino.

d. 24. Novemb. Dⁿ. Gunnarus Follenius, OstroGothus, materiam Disputationis indicavit, de Contiguitate Corporum, sub Præsidio Prof. Siöbergo futura.

d. 25. Novemb. Prof. O. Hermelin peroravit in Natalem Regis Nostri Clementissimi Caroli XI

d. 9. Decemb. Dⁿ. Nicolaus Simatius, OstroBothniensis, p^{re}serto prius Testimonio Veneranda Facultatis Theologica, quo Examen Theologicum nite ^{rum} ^{constabat} _{subiisse}, tum sub Fide-jussione

3. Professorum, Hermelini, Sragges, et ex (et) Siöbergo, impetrata veniâ sub eundi Examen Philosophicum rigorosum, Specimen Eloquentia scripto dedit, elaboratâ Chriâ: Concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ maxima dilabuntur. Admerunt a. ^{promove}, dum hoc fieret, tres nominati Proff.

ANNO MDCCXXXII Ab initio ad tempus S. Johannis.

DECANO

Gabriele Siöbergh

Prof. ph. Theoret.

PROFESSORIBUS vero SOLITIS.

ACTA.

die 31 Januarii de Laurentio Höjer Westmanno agebatur, an ad examen rigorosum admitterendus Laurentius Höjer
foret? Rg. <responsum> Concludebatur, quod postquam constiterat, ipsum disputasse Upsa-
lia' ex a Facultate Theol. examinatum esse, in iis partibus, qua' huc spectant,
probari debeat.

die 1. Februarii Dabatur ipsi Character Eruditi studiosi honoribus Academicis imminenti, praesen-
tibus apud Decanum Prof. Eloq. ex Histor.

die 2. Febr. Adlatum scriptum et tandem adprobatum est.

die 5. Eiusd. Ad examen rigidum admissus est dñy Höjer, Praesentibus Professoribus sequen-
tibus. 1. Prof. Linguar. Or. et Gr. D. Stragge in sua professione ex Ebraea et Graeca
resolvendo et explicando industriam exploravit, à quo adprobatus est. 2. Nomine Eth.
et pol. p. examinavit Prof. Eloq. D. Hermelin, In Ethicis adprobatus est,
in polit. v. <vero> nihil profectus propria confessione fecerat. 3. Mathes. Prof. dñy Dim-
berg in Geometr. Opt. et Astron. in quibus mediocriter versatus est. 4. Histor. Prof. dñy
Cameen in Historia Univ. 5. Prof. Eloq. ex Horatii oda, ambo ipsum adprobavere.
6. Decanus ex Log. et Phisicis quaestiones selectiones ipsi proposuit, ad quas non ita
adposuite responderat, ab ipso tamen est adprobatus.

Conclusum: Examine hocce ad tenorem Saecularum Regiarum Constitutionum Quatuor hora-
rum spatio confecto, adprobatus est et Candidati Philosophiae titulo condecoratus est, ad-
jecta adhortatione, ut porro non seponat studia philosophica, qua' sibi profutura usu-
ique necessaria videbuntur.

Eodem die post. meridiem in Consist. Maj. indicavit Decanus Andream Westerman Holm de Errore sen-
sum, et Laur. Höjer de generatione disputare velle.

die 12 Martii Nicolaus Limatius Ostrobothniensis examinatus & est, initio facto à Rect. Magnif. Prof. Ith. & Pol. qui in f. N. ipsum probavit et in sua Professione adprobavit. Nic. Limatius
 Hunc excepit Decanus q. qui in Physicis examinatum laudavit, ut et in Metaph. Deinde Prof. Elogv. ex Plero et Horatio industriam exploravit, nec non Prof. Hist. in Historicis, praecipue v. vero, universalis Hist. Mathesias item Prof. in Mathesi et Orient. Lingv. Prof. in Graeca et Ebraea examinatum cum laude dimiserunt. Peracto examine ab omnibus iudicatus est dignus Candidati titulo et honore.

23 Martii Materia de Vero Nobili scribenda ab Henrico Nedderhoff Reval. proposita est in Consistorio Maj. à Decano: ut et Limatius de Apodixi Mathematica pro Gradu.

die 9 Aprilis in stilo examinatus est Edenius, Chria data: Bonitatis verba imitari major malitia & est.

Die 3 Maij examen subiit Magnus Gabriel Edenius Wermel. et primum Prof. Elogv. ex Floro examinanti et Hist. Rna Romana & satisperit. Prof. Prof. Moralium, praesente Pufendorffio, adprobavit. Prof. Ling. Or. ex textu Hebr. sacro ut et Gr. Magny Gab. Edenius. Examinatus.
 examinavit et meruit adprobationem. Mathem. Prof. ex Astronomia notitium indagavit et adprobavit. Historiarum Professor ab sens data scripta adprobatione, in Historicis non examinavit. Decanus ult. loco ex Metaph. in quibus nihil, ex Log. in qby quibus aliquid, et ex Physicis in quibus non parum profectus ediderat.

Conclus. Edenius ergo admiffus est in numerum Candidatorum post praestitum iuramentum solitum et praescriptum in Constit. Academ.

die 27 Aprilis Edenius de arario Principis constituendo augendo et conservando se disputatum indicavit; ut et Beuterus Rigenfis de Adventu Messia Judaici.

Die 25 Maij Mutabat sententiam priorem de arario Principis constituendo etc. Edenius et de Ludis Circensibus pro Gradu disputationem indicavit. Praeside O. Hermelino.

die 4 Maij disputationem de Columnis Herculis sub praesidio Elogv. Prof. dno Olai Hermelini publice defendit Henricus Henicci Angermann. Henicci Henicci disput.

die 7 Junii dissertationem habuit Gunnarus Follenius OstroGoth. de Contiguitate Corporum, praeside Decano Collegii phil. G. Siöberg. Gunnary Follenius disp.

die 11 Junii de Ludis Circensibus pro Gradu disputavit Magnus Gabriel Edenius, sub praesidio dno Elogv. Prof. Hermelini. Magn. Gabr. Edenius disput.

die 13 Junii dissertationem publice defendit Henricus Nedderhoff Revaliensis de Idea Veri Nobilis, praeside Decano G. Siöberg. Nedderhoff disput.

Eodem die post meridiem deposuit specimen in stilo, elaborata chria: Nunquam periculum sine periculo vincitur.

die 14 Junii Collegio Philof. praesentatum est Nedderhoffii scriptum et adprobatum.

Die 15. Junii Examen adit Henricus Nedderhoff Revaliensis, praesentibus Professoribus, Reet. Magnif. Carlhel-
mi, Elogr. Hermelino, Orient. & Graec. Lingg. Sragge cum Decano.

Henr. Nedderhoffii
examen

Ante vero examen proposuit Decanus, an quis sustineret vices absentis Mathem. Prof. Conclusus est, partes
ejus in Consistorio derivatas Prof. Sragge, iam etiam ab ipso abundas esse; et sic ad examinandum
itum.

- 1. Ex Puffendorffii principis Moral. Professoři examinanti satisfecit.
- 2. Prof. Sragge in Ebr. et Gr. quam probavit eruditionem.
- 3. Prof. Hermelin ex Floro et Hist. Rna [Romana] examinatum adprobavit.
- 4. Decanus in Phys. primum, deinde Metaph. industriam exploravit & laudavit.

5. Nomine Prof. Math. examinavit Prof. Orient. ling. in Geometr. & meruit ad probationem ejus
Quibus rite peractis H. Nedderhoff juramentum praestitit & Candidatus phil. est renunciatus.

Die 18 Junii dissertationem de Erroribus sensuum scriptam defendit Andreas Westerman Holmianis, sub
moderamine Decani G. Siöberg.

And. Westerman
dissut.

Eodem die post meridiem in stilo industriam Erici Albogii Oeconomi templi Narvensis explorarunt apud
Decanum Professores, elaborato exercitio: Bonum apud Virum cito moritur iracundia.

Ericus Albogius
in stilo.

Die 21 Junii Albogii scriptum recitatum ab omnibus & adprobatum.

Die 20 Junii disputavit Henricus Nedderhoff pro Gradu de Idea Veri Nobilis & quidem par-
tem postea Liorem p[ro]fide [praeside] dno Carlhelmi.

Henr. Nedderhoff
diss. p[ro] gradu.

Die 22 Junii Examen subit Ericus Albogius Ingermannus;

Er. Albogius
examinatur.

et primo a Decano in physicis secundum Vet. et Recentia[m] placita examinatus, non vulgarem
monstravit cognitionem. Quem excepit loco Moralium Profess. Dni Carlhelmi Dny Hermelin
Elogr. prof. cui adprobatus est Candidatus egregie. Proximus ej fuit Lingg. Gr. & Gr.
Prof. Dny Sragge, q[ui] in Ebr. & Graec. probavit eundem. Profess. Elogr. & Poet.
ex Floro et Horat. examinatum comendavit. Profess. Lingg. nomine Mathe-
ticos Professoři in Arithmet. et Trigon. profectus Candidati exploravit et laudavit. Ultimo
loca examinavit decanus in Metaphysicis in quibus ut reliquis phil. partibus eximium
p[ro]meruit & encomium.

Conclus. Ericus Albogius ab omnibus adprobatus in numerum Candidatorum receptus est.

Semestri spatio confecto ad Histor. Profess. Dn. Suenonem Cameram translatum est offi-
cium Decani, cui omnia cedant feliciter!

Anno MDC LXXXII a Mense junii ad finem ejusdem anni

Decano

Suenone Cameen

Hist: Prof:

Collegii a. Laudem Philosophi afsefforibus

Carlhelmio, Hermelino, Schragge, Siöbergio atq (atque) Dimbergio.

Die 6 julij Dissertationem pro gradu habendam indicavit Allogius. Salvius v. de Jdeis

Absente per aliquot tempus Decano, eius vices sustinuit Prof. Theor. Gabriel Siöbergius.

d. 24 approbatum fuit Scriptum Gezelii

d. 24 examinatus est dictus Gezelius, et unanimi omnium examinantium consensu, laudibus in eum collatio Candidatus fuit renunciatus.

Gezelius.

d. Disputationem suam gradualem confirmavit idem Gezelius

d. 24 sept. examinatus est Berthelino Transylvanus et laudem promeruit optimam ab iis omnibus qui examini interfuerunt

Berthelino
Transylvanus.

d. oct. in deliberationem venit desiderium Dni Salvii atq simul decretum ut nec ille nec (neque) alius quisq ex studiosa iuventute ad promotionem admitterentur nisi: his disputaverint, et quidem utraq vice, sub praesidio alicuius Professoris in Facultate Philosophica constituti.

d. 26 oct. Praesentibus omnibus Collegii Philosophici Afsefforibus, sequentia haec moment fuerunt agitata et recitata fuit a Decano scriptam G. Follenij, q (quod) tandem fuit approbatum; tum Bartelij nec non Caroli Undenii, quorum prior simpliciter, alter omnium cum applausu ad examen admittebantur.

2. Monebatur de sigillo Facultatis. Rf. (Responsum) Professor Dimbergius tradidit illud sculptori Revaliensi, q (qui) operam suam in eodem bene conficiendo promiserat.

3. Decretum fuit ut litera nomine facultatis mitterentur ad illustrissimum Cancellarium quibus de promotione Candidatorum certior fieri posset.

4. agitatum fuit de Promotore constituendo. Dny Carlhelmius Conditionaliter hoc munus in se derivari voluit.

5. Vigore Constitutionum academicarum unusquisq Candidatus ad actum Promotionis triginta pendat thaleros argenteos

6. Urgebat Decanus ut rationem Fisci redderent priores Decani. Rf. velle se libenter rationem reddere, modo Rectores, penes quos arbitrium totius negotij semper fuerat, idem facere velent. Concl: ut cum praesente (praesente) Rectore res haec communicaretur.

¶ Denig ab omnibus fuit decretum, ut locus qui Collegio Philosophico est destinatus, atq; iam a Bibliothecario tenetur, denuo occuparetur atq; in eodem repositorium sive archivum Facultatis servaretur.

Die 4 Nov. adfuere itidem Professores fac. Phil. et recitata sunt

A^o litera^l Pastoris Revaliensis Dni Herlini nec non Rectoris schola^l Sorocovi, in quibus petebant, ut, nullo habito examine, Scripta tm (tamen) disputatione pro gradu, non tamen hic loci, D: (scilicet) in nostro athenaeo ab ipsis p^o sentibus defendenda, absentium in proxima promotione haberetur ratio: ac ne ineptum ac inauditum hoc eorum esset petitum, praeter disputationes aliquot exercitii causa in academia aboensi a se habitas, allegabant quoq; literas Decani Fac. Ph. in acad. aboensi qui ea omnia iis promiserat, q^o (quae) iam a nostra facultate desiderabant, modo proximam, q^o (quae) secundo vel tertio ab hoece, anno haberetur, promotionem vellent expectare.

Herlinus et Sarcovius

Rf. Quatenus in acad. aboeni antea disputaverunt, ac p^o terea (praetera) ab Facultate eiusdem academia^l A (nominati) approbati, liberari possent ab examine rigorofo: at pro gradu omnino ee (esse) disputandum, nec iis indulgeri posse in tali negotio, quod successu temporis plurima incommoda non potest non afferre.

2 ex hac occasione agitatum fuit, an in ministerio ecclesiastico sive publico officio constituti, a Facultate Theol: necessario prius examinari debeant, anteq^o (quam) ad examen Phi^o: admittantur. Post p^oliminarios discursus ad votum itum est.

De examine Theol: deliberatio.

Concl: eos, q̄ (qui) in ministeri Eccl. antea fuere constituti, absq̄ examine in Fac. Theologica ad examen Philosophicum admitti posse.

Die 9. Nov. examinatus est Gunnarus Follenius. Initium factum est orb Prof. Theor. q̄ (qui) in logicis, Physicis & Metaphysicis candidandum examinavit, examinatumq̄ cum laude et honore dimisit Gunn. Follenius
Prof. Dimbergius in Geometricis, in quo Studiorum genere haud ambiguus verbis majorem candidandi industriam desideravit.

Prof. Logu. & Poëzios Solustium primo deinde Horatium adhibuit. in historia Rom haud bene versatus fuit Candidatus.

Idem Eloquentia Professor nomine Carlhielmü examinavit in Politicis & (est) jure nat̄a (naturae), eodem fere quo antea successu.

In Hebraea & Graeca linguis Candidandum approbavit Prof. Schragge.

Ultimo loco Decanus industriam examinandi in Historicis exploravit, nec in approbando fuit difficilis.

In deliberatione, an titulo Candidati honoraretur examinatus, affirmativa valuit sententia.

Die 16 Novemb. examinatus est (est) Carolus Undeen.

Car: Undeen

In Historia recentiori mediocriter fuit versatus.

Prof. Th: in logicis & Metaphysicis examinatum laudavit.

eandem fere laudem invenit ab orient: Ling. Professore

Math. Professor approbavit quoq̄.

Eloquentia & P. Professor suo Carlhielmü nomine examinatum cum laude a se dimisit.

atq̄ sic omnium cum consensu Candidatus fuit renunciatus Carolus Undeen.

Post finitum examen recitatum est scriptum Kenicü, atq̄ approbatum.

Pastor Herlinus & Rector Sarnovius novis literis animos Professorum tentarunt, ut sc. sci- Herlinus &
licet) absentes nulla pro gradu dissertatione habita, promoverentur. Sarnovius ~~ut~~ unanimi Collegarum consensu haec eorum desideria fuere denegata.

Cumq̄ alii Pastores idem quod Herlinus & Sarnovius tentarunt, tale Facultatis Ph. fuit decretum, ut illi q̄ in officio paucos tantum constituti fuere annos, omnia onera subirent, q̄ in Constitutionibus academiis p̄ finimtur. Qui autem aetate iam proveci p̄ (per) plurimos annos ab Ecclesia & Rege bene meriti sunt, illi ad promotionem admitti possent unica tantum pro gradu habita Dissertatione, numeratisq̄, quas pp̄ (propter) examen rigorosum habere debet facultas Philosophica, pecuniis.

Die 1 Decemb. examinatus & P. Bartelius

Petrus
Bartelius.

Historia universalis ignorantem non invenit Decanus, & primo loco examinavit.

De usu globorum interrogavit Math. Professor, & approbavit

In logicis, Phisicis atq; Metaphisicis & adprobat, in quibusdam majorem candidandi industriam desideravit Th. Professor.

Sed et in Ethicis imprimis vero in Politicis ulteriorem diligentiam efflagitare visus Prof. Dimbergius, q; in isto examine vires sustinuit Pr. Carlhelmi.

Loco Prof. Eloq; atq; Poëf; examinavit Decanus, adhibitis Corn. Tacito & P. Statio.

Renunciatus & Candidatus cum admonitione solita.

Die 19 Dec. Dissertationem grad: de Apodixi Mathematica habuit Nicolaus Limatus sub Praesidio P. Dimb.

Die 13 — disputavit Arvidus Grund de aquis curivandis & emittendis Praeside P. Hermelino

Die 17 Dec. Examen Philosophicum subit Kenicius Kenicii.

In Historicis major postulabatur diligentia

In Ebr. & Graeca linguis approbationem invenit.

In Matheos examine haud multum voluit ab Eloq; & Poef;

ab Eloq; & Poef. Professore & adprobat.

a Th. Professore testimonium obtinuit optimū (optimum).

loco Prof. Carlhelmi nuper demortui examinavit Decanus, invenitq; in studio iuris natū (natura) haud infeliciter versatum fuisse.

Declaratus & Candidatus cum admonitione.

eodem die scriptum Arvidi Grund recitatum atq; approbatum fuit.

Sub auspiciis

Anni MDCXCIII Spartam Decani ex ordine
et Suffragiis Ven. Facult. suscepit per semestre

Spatium gerendam,

SVENO DIMBERG

Mathem. Profess.

Collegii vero Assesores fuerunt

Olavus Hermelin, Gabriel Skragge, Gabriel Siöberg, S. Cameen

Die 10 Jan. de successore B. Carlhelmi deliberatum; et sicut videbatur Theoret. Profess. Gab.

Siöbergio non prorsus displicere, si commutare professionem philof. Theor. practica; posset; juxta ductum igitur RR. (Regiarum) Constt., et intuitu meritorū ejus, non poterat non,

Successor
Carlhelmi
eligitur.

Kenicius
Kenicii

Laudat. modo ^{Profess.} totiq; facult. votis atq; Suffragiis in Successionem B. Carlhelmi nominari.
Ulterius cum ^{in omni eventu} de successore in docend Phil. Theoret. nominando ageretur, in viros tres Virtute et
eruditione Claros Suffragiis itum,
puta in

M. Gun. Euxelium. Mag. Castorium, Dn. Upmarch. Sub hac deliberatione mentio meritorū Pro-
fess. designati Dn. Mich. Dow cum honore facta; Verum ut controversia, quam Ordin. ipsi
per diploma Regium assignata eloqu. et Poët. Professio genuit, indecisa adhuc maneret, non
ausa & Facultas novis gbyda (quibusdam) Suffragiis ^{grasi} turbare designationem jam pridem
à S. R. M. (Sua Regia Maiestate) factam.

Eodem die quoq; de Depositorum actum; Siquidem is, qui hoc munere hère antea functus,
Mubis nostris valedixerat Holmiam iturus. Concl. ut hac in aliud tempus determinatio
suspendatur.

Eod. Significatum differt. Carol. Undenii, pro gradu, ut dicitur, fore de NATURA, idq; sub
praesidio Prof. Ph. Th. Siæbergii. Gunnari autem Follenii de Fato Literarū, praeside Prof.
O. Hermelino. Kenicii denique Kenicii, de duellis Praef. Prof. Gab. SKragge.

Eod: ^{à Decano} monitum tempus Lect. publ. destinatum jam modo adesse. Responsum ē, omnes, et singu-
los ē Collegio Philof., iustum hoc in parte observaturos tempus.

Eod: de promotore in Locum B. Carlhelmi Sufficiendo quaesitum; unanimique consensu dela-
ta hac provincia Eloq. Prof. rnung temporis Rect. Magnif. O. Hermelino.

Decretum quoq; ut programme quodam publico à Decano indicaretur, tempus promotioni
Philosophical dictum, jam per interveniens festū jubilarum, ^H immutatum iri, et ad d. 7 Martij
protractū. De Sumptibus quoq; in promotionis actum faciendis quaesitum. Rē paulisper agi-
tata, hoc quidquid erat difficultatis, linquebatur arbitrio Promotoris et Decani (arg. §4.
cap. XVI. de Promotionibus.) solvendum

^H in memoriam
inlyti est, quod
ante hos centum
annos Ubjala
habebatur con-
siliū, celebrandum

Die 11 Jan. h. (hora) ab. 8. antem. solitis, ad examen Phil. admissis Praest. ^{iss} Dr. Arvidus Grund, Vermel. Suedus. Examinis initium factum ab Olav. Harmelino Elog. et Poëf. Prof. Matā (Materia) Examinis petita è Floro et quidem Lib. 2. c. 1. Ex quo sumpta occasio explorandi ejus profectus non solum in philologia, sed etiam in Hist. Romana, in quarū utraq; ita se gessit ut eloquiū non infelicitē in his versati reportarit. In re et; Latiam; Poëtica interpretatio Oda' Horatianā: In Litteratura Graeca atq; Hebraica, examen quod Oriental. Lingg.

Profess. cum eo instituit: In Logicis et Metaph. quaestionem à Phil. Theor. Prof. ipsi propositarū Solutiones: In Mathematicis et Moralibus à Decano tentati profectus haud dissimili encomio ornatum, et ad probatum demisere. Hist. Profess. absentis partes in se suscepit Elog. et Poëf. Profess. atq; ex eo, quod sub priori examine in Historia Rom. cognovit, ejusde profectus, censuit Examinandū et; Latiam; ea parte mereri ad probationem. Atq; sic unanimi Collegii suffragio, voce Decani hiee examinatus Phil. Candidatus è creatus: adjecta tñ (tamen) admonitione de non negligendis in posterū studiis hiee philosophicis.

Die 25. Jan. examen styli in adib; Decani subivit Jacob; Concius, Regiom. Prusg, Spondentib; pro eo Decano et Prof. Sioebergio.

Die 28. Jan. dissertationem de Ideis a se conscriptam publice defendebat Laur. Salvius. Praeside Sioeberg Ph. Th Doct.

Die 31 Jan. Scriptum Jacobi Conci in conventu publ. facultatis pra'legebatur, et communis ejusdem suffragio adprobabatur. Unde

Die 1 Febr. ad examen rigorosum idem vir Juvenis Jac. Concius Regiom. Prusfus admittebatur.

Initium examinis factum à Decano: ^{sub} quo ve eum in Mathesi haud Spernenda haussisse initia experiebatur, ut ut in apodixi vel analytica vel Synthetica non admodū versatum deprehenderit. Provincia ^{examinandi} abhinc delata Orient. Lingg: Profess. Matā (Materia) Examinis petita ex Cap. 3 Gen. ut et Epist. ad Rom. C. 4 v. 18 segg. nec non Orat. Isoc. ad Dem. In quib; omnib; ita se ge gessit ut ad probationem quidem reportarit, sed cum admonitione de majori adhuc ⁱⁿ studia hac impendenda diligentia, vel maxime ideo, quod Examinator

Jacob Concig
subit examen
phil.

Supposuerat examinandū, studiū sese Theologicis addixisse.

In Philolog. Theoret. Studio Eloq. et Poësis, Historicis ^{item} ad probationem cum laude obtinuit conjunctam. *S. Gregor. Facult. communi*

Itaque

Suffragio Facult. communi, praemissis praemittendis, D: Jacoby Concius Phil. Candi-
datus Salutatur, creaturq.

Die 11. Feb. Pro Magist. gradu de Fato Literarum disputabat GUNNARUS FOLLE-
NIIUS Ost. S. Praeside Os. Hermelino. h. t. (hoc tempore) Reet. Mag.

G. FOLLENIUS
disputat

Die 18 Feb. Pro Gradu de ^{Elogiis seu} Argumentis Inscriptionibus, sub praesidio Prof. Ph. Theor. Gab.

Siobergii disputavit Jacoby Concius.

Die 22 Feb. Suffrag. & Dan. Cloovius Regiom. ex decret. Facult., postq. exhibitum hac
in parte fuit laudabile specimen, fungi munere, quod supra dictum vacare, Deposi-
torij.

Eod: pro Suetis in phil. honorib; disputabat C. Undeen W. Goth. Praef: P. Sioberg. materia
disp. erat de Natura.

C. Undeen

Die 23 Feb. Ericus Albogius S. S. (Sacrosancte) Theol. Lect: ut et Sch. Cath. Narv. Reet. (Scholae
Catholicae Narvensi Rector) publice et pro gradu defendebat suā Victorem Puden-
tem, Praeside Prof. ^{Ph.} Th. Gabr. Siobergii

Eri. Albog.
et
Laur. Höijer
disputant.

25. Ejusdem. Laurent. Höijerus Westmannia-Suedus gradualē disput. suam de GENESI
Metalloꝝ examini publico submittit: Praeside Decano.

Die 1 Martij de pugna singulari pro gradu decertat Kenicjus Kenicii Angermannia-Suedus, Kenicij Kenicii
Sub praesidio Gabr. S. Kragge, Profes. Lingg. Orient.

D. 4. m. Ejsod: Petrus Bartelius ne non Avidus Grund Vermel. Suedi, alter quidem hor. ante meridiem
solitis, alter pomerid. à 2 ad 6 pro consuetis in phil. honoribus disputant. Materia prioris erat de
Spectris, Posterioris de Conversations. Uterq. sub praesidio Prof. Histor Suenonis Cameen.

P. Bartelius
& Grund
disputant.

Die 6 Martii ~ pridie Solemnium promotionis, cum jam Candidati honorū philosophicorū plene defuncti
essent debitis exercitiis, cum disputatoriis, tum lectoriis, convenit Ven. Facultas, monitu Decani, affig-
natura cuius 13 eorum tredecim, quos habebat, Candidatorū locum pro merito, quod et abs-
que omni odii, amicitia, furoris invidia adfectu factum, habita solummodo ratione eorum, qua
ipsa RR. Constt: circa haec talia volunt observanda §. 2. n. 6. Cap. XVII. Ordo a. existeret talis:

1. JOHANNES GEZELIUS pastor ^{Eecl.} „ Pedersarensis in Bothnia Orient. absens.

2. Ericus Albogius S.S. Theol. Lect. ut et Sch. „ ^{Cath} Narv. Rector.

3. NICOLAUS LIMATIUS. Ostr. Both.

4. JACOBUS CONCIVS Regiomont. Prussg.

5. MAGNUS Gabriel EDENIUS

Vermel. Suedus. Pastor Eecl. absens

6. Henricus NEDDERHOFF. Reval. absens

7. Carolus Undeen, Vestr. Goth. Suedus.

8. Laurentius Häyer Vestman: Suedg

9. Arvidus Grund Verm = Sued.

10. Gunnarus FOLLENIUS Ostrog. Suedg

11. Henricus Henicij Angerm. Suedus

12. Petrus Bartelius Verm. Suedg

13. Martinus Bertleffius Transylvan.

} sortitō

} sortitō

Quantum quidem ad ordinem processionis ē domo Promotoris

in Academiam, et ex Academia in Templum S. Mariae indeq. domum

Codem. decretum ē, ut Promotor et Decanus primi ient; post eos honorum distribuendarum

Candidati: ^{promissus} quos exciperet Procancellarius cum reliquo Ordine Professorum:

In Academia v. post orationem huic actui ^{solemni} convenientem à Promotore habitam, nomine Can-

cellarii Illustrissimi & Comitio ac Gubernatoris per Livoniam Urbemq. Rigam Generalis

Process. in actu

Prom. ordo

nec non Campiducis **JACOBI JOH. HASTFER**, Reverendissimus Pro-Cancellarius Doct. **JOH. FISCHER** Licentiā solemniter, et coram frequentissimo Auditorio indulgeret Promotori, & log. et Poëti Prof. et Acad. h. t. Rect. Magnifico Olavo Hermelino Conferendi honores et laureos Magisteriales in superius enumeratos Philos. Candidatos, ^{ex} audito In prius, quam hoc fiebat testimonio, eo, quod Decanus nomine totius Facultatis publico isto, et venerabili ^{horū} consessu ipsis perhibebat, de solertia exhibita circa, examina cum privata tum publica. Omnia juxta eam *argyria*, qua' praescribitur in Constt. § 3: C. XVII. *S. 1*

Quod Problema ab Acad. ^{Bibliothecario et} Secretario Nicolao Fundel, juxta decretum Facult. hoc proponebatur;

Quaestio magisterialis

An distributio honorū Academicorū ex usu sit Republica?

Quodq; susciperetur ac solveretur ab Erico Albogio, cui inter praesentes C. primus assignatus erat locus.

Actum hunc solemnem actione gratiarum fectu non minus, q^d juxta clauderit Candidat. ultimus, (quem appellare amant Praetistum) Martinus G. Bertleffius Transf.

Die 14 Mart. Oblata et praelecta in Consessu Facult. pleno littera S. Mag. Bertleffii, quibus veniam docendi, ^{privatim} et disputandi publice petit. Resol. Quod, si quos privatos haberet, aut nancisceretur discipulos, eosque non admodum multos, concedere equidem posset Facult: ut operam eis suam commodaret, idque sine ulla tabula intimationū adfixa Scheda invitatoria. Ex arbitrio, et quando eumque vellet, ut Praesidem disputationis alicujus, vel à se, vel ab alio conscripta ageret, id tale erat, ut nulla eidem ratione, Facult. concedere potuerit. De cetero si quam disertationem à se ipso conceinatam publ. censurae committere averat, fieri id quidem, sed post aliquot tamen menses posset, et ita, ut is, qui Respondentis sub ipso partes erit habiturus, se solemnis alicujus et debiti in Philos. exercitiū labore hac unā eademque opera haud defunctum existimaret.

desiderium M. Bertleffii

Die 27 mens. Maj. **Austavus Comitz** Verm. Suedus disputationem de Transfugis politicam publ. examini submittit sub praesidio E. l. et Poëf. Prof. O. Hermelini.

G. Comitz disputat

Die V. Cal. Junij Praef. Daniel Cloevius Rig. de Liberatione Urbis Rigae ab obsidione Moscovitarum proxima publice peroravit:

Die 26 Junij. Inducatum Nobil. Dn. Ulrich materiam disputationis elegisse De Praemiis et Poenis.
idq. sub praesid. Hist. Prof. Sven. Cameenii

Die 28 Junij Decanus Facult. convocata ratione muneris administrati reddita, simulque de rationibus Fisci studio sorum ad liquidum aliquando perducendis admonitione facta, idem, id est munus Decani ex suffragio Ven. Coll. communi in Elog. et Poës. Prof. cum voto felicitis administ. transtulit. S. P. G.

A^o MDCXIII a fine mensis Junii
ad exitum anni,

Decano Olavo Hermelin,
Collegii Philosophici Adfessores fuere,

Gabriel Seragge, Gabr. Siöberg, Sveno Cameen, Sveno Dimberg.

d. 8 Julii convocatis collegis de lectionibus publicis agebatur, quas eorum sibi fore quilibet pro se pollicitus est, et quamprimum catalogum se exhibiturum earum rerum, quas tempore autumnali proponere decrevisset.

Die 9. Jul. Sam. Ekerot de jucunditate Aetatis orationem publicam habuit.

Ekerot,

d. 27 Jul. Otto Strömfelt, de praestantia Gentis Livonicae publice peroravit.

Strömfelt peroravit

d. 29. Jul. Otto Reinhold Ulrich de Praemiis et Poenis publice disputavit, praeside Svenone Cameen

Ulrich,

d. 9 Aug. Daniel Cloevius de Bono Cive, praeside Gab. Siöberg.

Cloevius,

d. 12 Aug. Gustavus Humble, dissertationem de Origine Livonorum publice defendebat, praeside Olavo Hermelin.

Humble,

d. 26 Aug. Mag. Bertleffius, permissu collegii Philosoph., de Terra motu, quo Sicilia concussa nuper erat, dissertationem publico examini subiecit.

Bertleffius,

d. 14 Octob. Ericus Albojus de Consiliario dissertationem habuit praeside Gabr. Seragge.

Albojus
disputant.

d. 21 Oct. dissertationem argumenta indicarunt, Meter de Amicitia, Kors de bono duce, Ramelius de Vir-
tute Heroica, Prann de usu et natura colorum.

d. 10 Decemb. Arvidg Mollers Otium publica oratione vituperavit.

Mollers porat.

d. 16 Decemb. Exercitium styli, quo Specimen ederet Gustavus Humble, in collegio recitatum est: Humble examinatus

quo adprobato, ad examen in Philosophia rigorosum admittebatur. Illud aperuit Professor Mathem.

Dimbergius, et loco Professoris linguarum Orient., Graeca lingua ex Pindaro periculum fecit:

in qua non infeliciter versatus est: Hebraeis majorem habuit successum examinatus.

Dimbergium excepit Siöbergius, et in philosophia tam practica, quam theoretica exploratum cum
laude demisit. Ad Mathesin revocata vice examinatum adprobavit Dimbergius, adjecta condi-

tione, ut ista studia in posterum magis excoleret. Camenius, ordine ad se devolato, adoles-

centem chronologia et historia veteris gnarum invenit; nec recentioris imperitum. Tan-

dem in Eloquentia et Poesi examinatus, industriam suam Decans adprobavit. Hoc facto,

post brevem deliberationem unanimi collegarum consensu, philosophia Candidatus renunciatus est.

W H Y J

Anno M. DC. XCIII.

2 Mense Decembris, ad tempus Johannis,

DECANO

GABRIELE SKragge

Orient. et Gr. Ling. Prof.

ADSESSORIBUS Collegii Philosophici

Professoribus

OLAO HERMELINO, GABRIELE Siöberg,
SVENONE CAMEN, SVENONE Dimberg

MICHAELE DAW.

Anno 1694. die Jan., Vir Clarissimus, Dⁿ. Michael DAW, Philosophia Theoretica Professor
constitutus, in locum Viri celeberrimi Dⁿ. Professoris Siöberg, qui 6. Dⁿ. CARLHELMIO

9
fuerat; Professioni sibi in iuncta aditum paravit, ORATIONE Introductoria, de Optima Philosophandi ratione.

d. 20. Jan. Disputavit JOHANNES RAMNELIUS O-Goth. publice, de Virtute Heroica, Praeside GABRIELE Siöberg.

d. 31 Jan. Diss. Gustav. Adolph. Humble, Juncep.-Sved. pro Gradu, de Peregrinis, Praeside GABRIELE Siöberg.

A^o 1694. d. 10. Martii, utax^o Facultas tillgamman om Mag. Bertleffii petito, facultate seil. in Academia Disputationibus praesidendi, quoadocumq; liberet et occasio ferret: qua, re penitus pensitata, pluralitate votorum ipsi denegabatur.

Eodem consensu, gaesuto an Disputationer Prof. Kermelin, Körlings, de Clementia Principis. Prof. Dimberg, Märlings, de Magnis Moralibus. Prof. Daw, Melitzii, de Lege Naturae.

d. 14. Martii, Diss. Boëtius Wernberg, Upsalensis, de Mundo, Praes. Gabriele Siöberg.

d. 28. Martii, Diss. Jacobus Pranck, Gothoburg. de Usu et Natura Colorum, Praeside SVE
NONE CAMEN.

d. 25. April. convocatis Collegis, reciterades Laur. Salvii Scriptum i Faculteten, och änteligen adproberades.

d. 2. Maji, convenerunt Collega Facult. Philos. pro instituendo cum Laur. Salvio Examine, quod dr (dicitur), rigoroso, et postquam aliqua in praesens negotium Decanus praefatus fuisset

1^o loco examinavit Prof. Daw, de Philosophia in græ (genere), in Physicis, in Pneumaticis, in Metaphysicis, in Logicis, ubi partim incommodè, partim valdè mediocriter, ad ea qua proposita sunt respondit.

2^o Prof. Dimberg in Mathematicis, in specie in Geometricis, et Musicis vires ejus probavit, ubi nihil ferè appositè respondebatur.

3^o Prof. Camen, in Historicis tempus Reformationis per Lutherum facta aggressus est,

Varias ad pertinentes proponens quaestiones; indeq; ex occasione ad alia in Europa, praecipue in Historiâ Romana, historica progressus, nullibi (quod dici solet) domi ipsum esse invenit.

4^o Prof. Hermelin, in quibusdam ad Prof. suam pertinentibus ipsum exercuit, nec omnino infeliciter in iis versatum expertus est, quanquam in particula quadam ex Horatio explicando minus masculè se gessit.

5^o Decanus in explicando Textu Hebraeo et Graeco mediocres fecisse progressus percepit.

Collatis postea consiliis, Titulo Candidati Philosophia hac vice decorari ipsum non posse omnes senserunt.

Quod, rursus introvato, Salvo Decanus indicavit, atq; cum admonitione, majorem studio et prudentia Literas tractandi, et, si id fieret, Spe promotionis facta, dimisit.

d. 5. Maji Di Sp. Kœnling, de Clementia Principis, Praeside Olao Hermelin.

d. 9. Maji, Kommo ^{du} Professores aff Facultate Philosophica tilzammen, att anställa med Dr. Andrea Westerman, Holmiensi, Examen Rigorosum; sedan hans Scriptum tillförelle ~~utan~~ ^{var} adproberat, och när Decanus pro more något praefationis loco hade taalt, begyntes Examen, och

1^o loco, Prof. Daw, orsus à Quaestione: utrum Studium Philosophicum Christiano liceat excolere (occasione Colof. 2, 8.)? ad Metaphysica deindeq; ad Physica, Pneumaticaq; progressus, in Logicis tandem substitit, et ad pleròq; appositè respondentem invenit.

2^o Prof. Dimberg in Mathematicis ipsum exercuit, in iisdemq; mediocriter versatum expertus, dimisit.

3^o loco, Professor Hermelin, particulam ex Svetonii Vitâ Julii Caesaris exhibuit exponendam, indeq; ex Horatio aliam, satisq; commode sese expedientem probavit.

4^o Prof. Camen in Historicis exploratum adprobat.

5^o Prof. Siöberg per schedulam Collegio indicavit, negotiis se impediri, quo minus adesse

27
posse examini: profectus a. Lautem > Westermanni ad eò sibi antea esse probatos, ut nullus
dubitet, voto suo ipsi decernere quod ambit.

6. Decanus, in Hebraicis et Graecis ipsum exercuit, et, cum admonitione ulterioris in his stu-
diis diligentia, utpote Th.^o studioso mxe < maxime > necessariis, probatum dimisit.

Collatis deinde votis

ANDREAS WESTERMAN

introvocatus

à Decano

CANDIDATUS Philosophia

solemniter renunciatus est.

A^o 1694. d. 12. Maji, Disp. Ericus Bure, Jngerm. de Orbe Imperiorum, Praeside Prof. Siöberg.

d. 19. Maji, Disputavit

Melitz, Oesiliens, de Lege Natura, Praeside Michaelis Dan.

d. 29. Maji, Disputavit Andreas Westerman, Holmiensis, publice pro Gradu,

de Neutralitate in Bello,

Praeside Prof. Olao Skarmelin.

d. 4. Junii, Disp. Nicolaus Wänom, Sudermann. de 'Avroxiçia', Praeside Gabri-
ele Skragge.

d. 12. Junii, Disput. Henricus Korf, Jngermann. de Bono Belli duce, Praeside Prof.
Siöberg.

Acta Facultatis Philosophicæ Anni 1696 a Mense Januario usq^{ue} ad 15 Jun.
eiusdem Anni

Decano Michaelæ Dau. Elogiis et Poës: Prof.

Dd. Professoribus

SKragge, Siöberg, Cameen, Timberg et Sarcovio.

- D. 22. Feb: Sub Præfidio Decani disputavit Petrus Knoll, Kilonienfis Holzfatus, de Immortalitate Animæ, quatenus illa ex lumine Nat. demonstrari potest.
- D. 28. Feb. Convenerunt Dd. Professores Philosophicæ Fac: in ædibus Decani ubi 1. Serinio conficiendo deliberatum est, in quo deponde essent disput. præc. 2. Decretum, ut ordinarij Opponentes non ultra horam opponerent. 3. Decanus significavit Facultati studiosum de Animâ et Stud. Wagnerum de Trinitate Platonica disputare velle.
4. Prælectæ sunt literæ, quæ nomine trium Fac. Jurids Med et Philosoph. exhiberi debebant. Confistorio Ecclesiastico, quarum hæc erat sententia, ut nemini Munus Ecclesiasticum conferretur, qui non publicam disput: subiisset.
- D. 14 Martij sub Præfidio D. Prof. Siöbergij de Majestate disputavit Joannes Nob. Svecg.
- D. 22 Apr. Dn Laurentius Palvius a Decano presentibus Dd Prof. Siöbergio, Cameen et Sarcovio renuntiatus est Philosophicæ Candidatus, postquam recitasset solennem juramenti formulam.
- D. 2. Maj sub præfidio Decani Henrici Christiani Wagner de Trinitate Platonica disputavit.
- D. 23 Maj Disputationem inauguralem habuit Dn. Laurentius Salvius Prof. Dn Prof. SKragge et quidem de usu calculorum..
- D. 13. Jun. Gudmundus Krock de Animâ disputavit Præfide. D Prof. Siöbergio.

Ao 1698 a Mensē Jun: ad 15 Jun. ejusdem Anni.

Decano secundum Michaelē Dau Elogv utr:

1 Die Maij examen rigorosum in Philosophi subijt D. Jacobus Wagner, et postquam eruditionem suam omnibus ad Professores probaverat, Philosophia Candidatus ritē renuntiatus est.

2 Die 18 Maij D. Con Scholæ Wernberg quoq eidem sese examini stitit, et cum in plerisq non malè versatus esse deprehenderetur, similiter illo honoris titulo ornatus est.

Fertium Decano Michaeli Dau
Elogio et Poef. Prof. in Acad.
Pernaviensi

A mense Jan. Anni 1700 ad mensem Jan. hęc acta sunt.

- Die 13 Martij Johannes Friderici Buchmannus ^{Livon} publicam Orationem habuit de adversa fortuna literatorum fortiter ferenda.
Die 20 Martij Georgius Dannerberg Wiburg: sub praesidio Decani publice disputavit de occultatione Scientiarum apud veteros.

Acta Facultatis Philosophicae Anni 1702 a mense Junio usq. ad Diem 16 Decembris ejusdem Anni.

Decano Andrea Palmrooth Moral: et Civil: Professore.

Domini Professoribus.

Mich: Dau, D. Sarcovio, E. Phalenio, Gab: Siöberg.

Die 9 Julii Orationem habuit Gabriel Herlinus Revaliensis de gloriosissima Invictissimi Regis nostri Caroli XII victoria, quam eodem die, Anno proxime praecedent, incredibili virtute ac fortuna fluvium Dynam transiens de Saxonibus reportavit.

Die 21 Novemb: tam ex senatus Academici quam Collegii Philosophici unanimi jussu atq. decreto ipse Decanus pro modulo meo, Solemni Oratione Panegyrica. prosequutus Sum fatalem illam, ingentem atq. incomparabilem victoriam Oligorivensem, quam auspiciatissimo Die Julii 9 hujus anni, iterum de Saxonibus atq. Polonis obtinuit Heros atq. Monarcha noster Summus Carolus XII.

Die eodem Veneranda Facultati per Decanum Significatum est constituisse in Philologia Hebraica Sub Praesidio Professoris Phalenii disputare Studiosos Dominum Johannem Näfman de arbore vita, Scientia item boni et mali; Dm. Gabrielem Herlinum de Propitiatorio. Quae quoq. disputationes ut haberentur; communi Veneranda Facultatis consensu concessu est.

Decano Facultatis Philosophicæ Erico Falhenio à Decembr. Anni

1702 ad Junium An. 1703.

Die 28 Februarii disputabat publicè sub præfidio Decani, studiosus Rewaliensis Gabriel Herlin de Propitiatorio

q. 18 Aprilis petebat idem studiosus sibi dari Testimonium pro Abitu ad Academias alias, quod ipsi quog. à tunc temporis Rectore Magnifico Dno Prof. Johanne promptè exhibitum fuit

q. 13 Maij Mortuo Excellentiss. comite Academicò hujus Cancellario Erico Dahlbergh ad petitum Ampliff. senatus Academici huc transmissa fuit, à Nobilissimo illius genere Historia vita' ejusdem, idq. in gratiam Celeberr. Dni Professoris Siöbergii, qui beatissimos Illustrissimi Comitiss manes, oratione funebri prosequendos in se suscepserat.

1703 ad fin. G. S.

Decano Facultatis Philosophicæ à Jun. anni 1703. ad 15 Decembr. ejusdem

Gabriele Siöbergii.

Die 7. Septembr. Celeberr. Dnus Professor Juris Samuel Aulseen orationem habuit solennem de Victoria Regis Nostri Caroli XII. Pultosense itemq. ab Turuniam captam, quod idem postmeridie ejusdem diei fecit oratione ligatæ in lingua Sueana studiosus Juris El-wendahl.

q. 31. Octob. indicavit Dominus Decanus ipse sub suo præfidio disputare velle studiosum Cul-bergh de Historia ejusq. usu. significavit insuper se duo adhuc argumenta disputationum alia nim. de Fastu Pontificio. et de gloriosissimis rebus gestis Regum Sveciæ ex familia Gustaviana, vulgare velle, quamprimum sese offerrent Respon-dentes

Decano Michaeli, Dau à Decembri Aⁿⁱ 1703 ad Junium Aⁿⁱ 1704.

Die 29. Aprilis obiit sub munere suo Pectoratus Profess. logic. & Metaphysicæ Daniel Sarco-
vius, die 20 Junii terræ mandatus fuit. Die sequenti ante meridiem eundem ex eathe-
dra Academica laudavit Decanus ipse oratione funebri quod officium post meridiem ejus-
dem diei præstitit beatè defuncto Studiosus Höpner oratione ligata in lingua Germanica.

1704 ad fin. D. S. & p. D. & F.

Pro-decano Erico Fahlenio à mense Junio Aⁿⁱ 1704. ad mensem Decembr. aⁿⁱ ejusdem.

Die 24 Septembris solemnè valedictione in Consistorio factâ, recessit à Professione sua ad
consulatum justitiæ in hac urbe Michael Dau.

D. 22. Octobr. Studiosus Juris Weimar in Oratione panegyrica laudavit Decorum.

1705 ad fin. E. F.

Decano Erico Fahlenio à Junio mense Aⁿⁱ 1705 ad Decembrem ejusdem.

Die 4. Julii Mag. Jacobus Wilde Professionem Eloquentiæ & Poësis per Solennem orationem
introductionariam de Eloquentia, togâ & Sago imperatrice adressus est.

Die 11. Julii Mag. Conradus Ovenzel Matheos Professioni inauguratus est habita oratione in-
troductionaria de Matheos necessitate ad omnem eruditionem comparandam.

Die 27 sept: in obitum beat. mem. Theologæ Doctoris & Professoris Primarii ^{Dr. Moberg} orationem funeb-
rem habuit Ampliff. Moralium Professor Andreas Palmroth.

D. 8 Octob. Pariter Mag. Carolus Schulteen ad Professionem Logices Physicæ & Metaphysi-
cæ, propria oratione, quæ continebat epilogiam Philosophicæ Antiquæ, introductus fuit.

D. 2 Nov. & 3 Dec: litera ad Reg. de salario augendo.

Die Decembris Anni 1705 in proximè sequentis Anni 1706 VI priores menses Decanatum
sortitus Jacobus Wilde Bl. et Poes. P. quæ sequuntur in Acta facultatis retulit.

Die 24. Decembr. Joh: Frider: Wendebaum Liv: Orationem exegeticam in cap: 1x Jesaiæ de mag-
nificis Messia' nateituri titulis in Aud: Maj: recitavit.

Die 26 Januarij præsentibus Dno Palmrooth, Dn. Fahlenio Dño Quensel et Dño Schultzen
Cognitoribus causa rationarij minus exacti, et cum circa collationes Novitiorum, tum circa
feriem Ddn. Decanorum, partim ob tumultuosissimam grassantis belli tempestatem,
partim ob præproperum quorundam Ddn Professorum excessum, pluribus locis mutili,
tractabatur: At eū inextricabilis videretur Labyrinthus impræsentiarum consultum esse
videbatur, ut, quoad ejus Fieri posset, lacuna ex Actis Senatus supplerentur, et rati-
ones supputationibus, qualescunq; vel perfunctoria et tumultuaria manu exarata in Archi-
vo Facultatis reperiebantur, exigerentq; quod dicam mortuis scribere non liceret. Dictum: Factum.

Eodem die de Actis Facultatis, quæ per hæc tempora ritè et accurate consignari desierant,
ad Facultatem relatu est: Placuit, ut quantum sibi quisq; rerum publicè peractarum
in memoriam revocare posset, Actis inferretur, posthac majori studio et intentiori
cura perpetuandis

Die eodem de Testimonio depositionis studiosis exteris lecturis oras extrahendo delibera-
tum est, quo minus, quod Neorappio nostro Gryphis valdeia' evenit, depositionem
redimere denuò cogerentur: visum est, de ea re referre ad Consistoriu, et tergiver-
sante fortè (quod non speratur) Magnif: Dño Rectore, nomine Facultatis Philoso-
phica' literas ad Procancelariu Gryphica' Academia' super ea cedere.

Eod. Die. de Studiosis, nullo specimen philosophico edito, temere sese Candidatos Mi-
nisterii Ecclesiastici venditantibus, cautum est, ne quæ fenestra negligentia' ape-
rinctur, oblata denuò occasione, à Reverendiffi Dno Pro-Cancellario conten-
dendum esse, nè ad munus publicum hi tales temere admittantur.

Die 10 Martij, qui proximus erat à Festo Expositiæ indictivo, ipse Decanus, ad
Ampliss: Senatus Academici voluntatem, nomine publico res Caroli XII, in castris hiber-
nantis, circa brumale anni abhinc proximè elapsi tempus gestas, epicò de virtute in

aprico carmine decantavit.

Eodem die Vir Praenobiliss^{us} et Ampliss^{us} Dn. Sculteen Professor prima^{us} Philos. Publ. Festivam hanc Regis Serenissimi panegyricam Oratione Hebraeo-Rabbinica, pro ea, quae pallat, eruditione, concelebravit.

Die 23 Martij in aedibus Amplissimi et Doctissimi Dn. Prof. Palmroth ad facultatem Philosophicam relatum est, utrum ejus consensu, qui constituerent Studiosi Schoenland Rigeni. et Wendebaum Bersona Liv. Dissert: publ. ille quidem de Templo, hic de promulgatione Legis typis impressas in aud. publ. ventitare possent? Annuebatur.

Die 6 Aprilis vpe. Lemppe postridie excessus Reverendissimi Dni Pro Cancellarii D. Bergii praesf. Dni Palmroth, Fahlenio, Quensel, et Sculteen quaestio de augmento Salarii Facultati et antiquato Theologorum primariatu comparando, juxta beate defuncti Dni Pro Cancellarii consilium, quod vivo fuerat, agitabatur: Omnium deniq^{ue} suffragiis Decanus jubebatur publico nomine, quam angusta^{us} Facultatis essent res, pariterq^{ue} conditionem, sive sufflaminanda^{us} Professionis primaria^{us}, sive conjungenda^{us} et unienda^{us} cum Pro Cancellarij munere, ad Excell. Dn. Confiliar: Hermelin perscribere, ac totam rem ad arbitrium et nutum Serenissimi Nutritii deferre.

Die 2 Maij Dissert: supra comendata de templis confenfu Consistorij Majoris, quod ad instantiam Decani Facult^{is} Theol^{ae}, nescio quid anomalia^{us} Theol^{ae} causantio, pridie causam cognoverat, publice ventitabatur.

Die 8 Maij praesf. Dn. Palmroth, Fahlenio, et Sculteen ad Facultatem relatum est, quod Dn. Decanus Theol: Fac: Broems Studioso Schoenland Facultatem concionanti, quam a B. Dno Pro Cancellario toties ad suggestum non admissus modo, sed et invitatus, habuerat, admississet, licet, explicatis et refutatis, qua^{us} contra ejus Dissertationem attulerat Argumentis, Amplissimum et Venerandum Consistorium Sententiam pro dicto Studioso tulerit. Placuit, ut ad Magn. Dn. Rectorem causa deferretur, qui in Consistorio cognoscendam proponeret.

Eodem die usum, quod ad Facultatis placitum comparatum est, rationarium exhibebatur; placebatq; ut consignandis rationibus (ex Constit: c. 9. tenore) adhiberetur. ex alumnis Facultatis studiosus Palmroth.

Die 29. Junij supra laudata Dissert. de Legis promulgatione vent. Tata:

Decanatus in VI Menses part: & iud. Anni Decano absentis à Confistorio Majori decernitur: p.

Die 29 Julij Vir Nobilissiq; An. Professor Wira'us ^{Pa. Sifter:} Spartam sibi ^{demandatas} Solenni Oratione Inaug: de Genealogia Deorum auspiciatus est.

Die 1 Augusti Dissertatio publica de Genis Socratis à studiozo Medicinal Christiano Brehmero habita est Praefide Pa. Palmroth:

Anno 1706 a J 14 Decembr. ad Jun: 1707

Decano Conrad Ouenfel. Math: Prof:

Professoribus

Andr. Palmroth. Erico Fahlen: Jac: Wilde. Carl Schulten. Nic Wira'o
In Facultate Philosophico sequentia acta, sunt proposita
decisa & executioni mandata.

J 14 Dec: Praefentibus Proff.^{us} Wilde, Schulten, Wira'o, sed Palmroth; in Succiam pfecto,
& Fahlenio agrato,
in adibus Prof. Wilde conferunt collega' specificationem lectionum citra ulteriorem
convocationem, scriptam tradendam esse Decano.

A: 1707

J 2 Januarii Orationem habuit studiosus Mart. Joh Heno de Voto sanitatis extremae Romanorum, Programate Prof: Eloq.^a typis expresseo pramisso.

J 7 edito. p sent.^{us} Proff.^{us} Fahlenio, Wilde, Schulten Wira'o. sequentia proposita sunt.

7o An lectionum consignatio effet facta; Quam ceteris exhibentibus, Pa. Wira'us dubium movit, an alia specificao eet ~~esset~~ necessaria, praeter eam unde Catalogus instrueretur: & visum e omnibus, aliam nunquam fuisse in usu, atq; ideo nec nunc urgend

Saxonia ^{20 Januar:} confirmatum ee Prof.^m Theol.

26 Facultati notificavit Prof L.L. Fahlenius, Dnm Nolhelfer sub ejus praesidio disputare velle.

ead. d. Decanus ad Consist: facultis decretum de 7 Jan n.3. & obtinuit consensum advenientes oes (omnes), etiam, studiosos ad Dec: Phil^o ee ablegando a Rectore Magnif: ut in fisc. studios: stipem conferant.

ead. d. Decanus in Consistorio executus e decret: Fac^{is} 26 Januar. 1706 concernens studioso Meonapp Gryphiswalden factam injuriam, super requisito ejusdem depositionis testimonio. et Responsum obtinuit ejus causam a Prof: Wira'o apud Pro Cancellarium Mejer actam esse literis scriptis, cumq; de nulla nova Meonappii querela auditum esset sperandum ee quod satisfactionem ipse obtinuerit.

ead. d. Consistorii literas comendatitias ad Cancellarium et Regiam Majestatem requisivit Decanus, ut omnis abhinc Professor Matheos in hac Academia obtineat Privilegium censura' in festos publicos per Livoniam esthoniā, & Ingriam edendos, qua' litera' 28 Martii imperialis facultatis ad Reg: datae sunt.

23 Mart. disputationem publ: pro stip. habuit Decanus.

26 Aprilis exhibuit Dny Martinus Joh. Hens disputationem de eo quod e Physicum in oratoris, sub Praef. Prof. Eloq: Wilde habendam.

27 Aprilis, posttridie festi solennis celebrati ^{a Nostro sereniss: Rege} super pace facta cum Rege Augusto Electore Saxonia, Orationem de Virtute Heroica ex pactis cognoscenda, habuit Idiomate Germanico Prof: Eloq: Wilde.

29 ex occasione ejusdem festi orationem habuit Germ: studiosus Reufner, praemisso Prof^o Eloq^o Progr.^e ligato German.

24 Maji, Praesentibus Prof: Fahlenio, Schulten, Wira'o, Prof: Palmroth adhuc in Suecia, & Prof: Wilde Riga' comorantibus, actum e de successore. Professoris Historiarum & ad eum omnium votis appetitus e Prof: Ph^o Theor^o Mag. Carl Schulten, atq; in ejus locum Mag: Elof Holstenius: juxta tn. plurima vota in Facultate obtin-

unt M^r Joh. Tho I Mag. Er. Monthelius

ſ 15. Sſpat. antedictam habuit Dnus Heno in frequentia celebri, ſub praefidio Prof. Elog. Jac. Wilde.

ſ 18 Maji, Valedixit Prof. Hiſtor. Nicol. Wirius Facultati, ſ Oratione inaugurali Profeſſionem Theologicam ſuſcepit.

ſ 21 Decanatus in Prof.^{ri} Ph.^{ri} Theor.^{ca} Mag.^{ri} Carl Schulten, Rectore Pr. & l.^{ri} et Praef.^{us} M.^o Jac. Wilde, translatus eſt.

Anno 1707 a d. 21 Maji ad Decembriſ ejusdem Anni

Decanus Carolus Schulten Hiſt. Profeſſor,

Dominis Profeſſoribus

Andrea Palmrot, Erico Fahlenio, Jacobo Wilde, Conrad Owenzel, et Elavo Holſtenio

ſequentia in acta facultatis retulit.

d. 25 Septembr Praeſentibus Profeſſoribus Palmrot, Fahlenio, Wilde, Owenzel.

Oratio mota eſt, occaſionem ſuppeditante Profeſſore Owenzel, an numerus Speciminum a ſtudioſis edendorum, tam quod examina quam diſputationes DORPATI ad gradum in Philoſophia adſpirantibus injunctus, hic quoq; ſtrictè ſit obſervandus, in primis cum Academia noſtra intereſſe videatur, ut ille ſecundum morem alibi receptum pro ratione circumſtantiarum immutetur.

Reſpondebatur poſt longam utriuſq; habitam diſputationem conſuetiſſimum videri ſeriem exercitiorum publicorum Dorpati obſervatam Uſaleniſiumq; praefi exactiſſimè conformem ſtrictè ſequi, neq; numerum aliquà ratione minuire. Sumptibus autem ſtudioſorum, quoad aequiſſimum eſt, parcendum eſſe. Quod non tantum pro ſe promiſit Facultas, ſed etiam, ut idem Dn. Theologi, effecturam.

Cum quaereretur, annon Novitii, pro inſcriptione in ſiſtam ſtudioſorum, non ut haecenus pro lubitu, ſed tunc ad minimum Carolinos inferre debeant, reſpondebatur affirmando. Quoniam ſuperiori Decanatu ſtudioſi Philoſophiae convocabantur, ut darent nomina Dn. Profeſſorum ex facultate Philoſophica, quorum lectionibus publicis intereſſe conſtituere,

• ē re visum est, ut idem nunc prog³ fieret; Consistorii autem aliquot post dies habiti decretum prevaluit, ut Rector Magnificus in Academia praefens nomina eorum exciperet.

Acta superioris Decanatus recitata hauritur.

d. Sept. Oratio habita a Du. Petro König de morbo Epidemico et Academico.

Anno 1707 a die 14 Decembris ad Junium Anni 1708.

Decano Andrea Palmroth. Moral: et Politices Professi:

Professoribus

Erico Fahlenio, Jacobo Wilde, Conrado Ovensel, Carolo Schulteen, Elavo Holstenio
adhuc in Suecia commorante,

Sequentia in acta Facultatis relata sunt.

Die 9 Januarij Praesentibus Professoribus Fahlenio atq; Ovensel; Professore Wilhelmo Rigam
profecto, Schultenio a'gotante, Holstenio adhuc in Suecia manante ad mandatum Rec-
toris Magnifici Sequentia Decanus proposuit.

I^{mo} Ut quisq; Professorum per Schedulam Georgii datam induerent, quod semestri im-
perrime elapso tam publice quam privatim legerint, et quamdiu lectiones suas con-
tinuaverint: ut sic ista lectionum series secundum constitutiones Regias per Deca-
num collecta Rectori traderetur; quod ut fieret a Singulis consensus est, et decre-
tum simul ut Decanus per literas idem hoc ab absente Professore Wilde postu-
laret.

II^{do} Quandoquidem Domino Professori Schultenio praeterito semestri per diploma Re-
gium novam historiarum Professionem in se Suscipere demandatum fuerit, Logices
Professione Holstenio relicta, a Decano inquisitum est; quod factum fuerit, ut non
Solamni et publica Oratione inaugurali Novam pro more auspiciatus et exorsus sit histo-
riarum Professionem: ceterum quoniam Du. Professor Schulteen ipse non adesset, respondit Pro-
fessor Ovensel arbitrium hoc esse, et praxin Aboensem talia suppeditare exempla plu-
ra, ubi istius modi actus introductorias intermissus fuerit; ad hoc recessit Decanus
penpetuo vigere hunc in patria Academia Upsalensi morem ut scilicet ex una in alte-
ram transiens professionem inaugurali et nova Professioni conformi de fungeretur Ora-

31

tionem; et idem Dorpati quoque praestitisse Professorem Daus quum Logices Professione relicta Eloquentia Professor factus esset. Itaque decretum est; ut Dn Professor Schulteen ipse causas omnia nova introductionis coram Rectore exponeret. Postmodum in pleno consistorio hoc in se recepit Dn. Professor Schulteen ut eodem tempore, quo Professor Halstenius ad Logices Professionem Solemniter introduceretur, ipse quoque Oratione publica munus suum Historicum ornaret.

Eodem die iisdem praesentibus Professoribus indicavit Decanus publice perorare constituisse binos studiosos Petrum Palmrooth Holmensem de Luce imprimis qualis is fuerit apud Romanos, et quam aude eundem gentes alia simulata fuerint. et Martinum Johannem Roth Pernaviensem de malis et Luce in singulos homines, familiam, et rempublicam redundantibus. Ora ut haberentur Orationes a Facultate concessum est.

Die 31 Martij Praesentibus Professoribus Erico Fahlenio, Jacobo Wilde, Conrado Oensel, Carolo Schulteen, Halstenio non dum componente. Studioso atque futuro Candidato Domino Samueli Eodiu Smolando, postquam semel praecedente examen theologicum subiisset, et in ejus rei fidem testimonio Decani mansisset, atque insuper secundum tenorem constitutionum Regiarum pro illo Sponsodiscent tres facultatis Professores Fahlenius, Wilde atque Schulteen, Styli Specimen exhibitum est ab Eloquentia Professore Wilde haec Horatio Flacco desumpta sententia: Virtus repulsa nequa sordida intaminata fulget honoribus, quod per aliquot horas ab ipso elaboratum Decanus coram facultate recitavit, et facultas univ. approbavit.

Eodem die facultati per Decanum indicatum est sub Praesidio Amplissimi Orient. L. L. Professoris Fahlenii decrevisse disputatione publica philologicae expendere gemina Scripturae loca Esaj: 49. v. 3. Jerem. 30. v. 9 studiosum Abrahamum Johannem Dahlmann Pennonem, quae ut censura Decani Subjiceretur et postmodum typis excuderetur ratum fecit facultas.

Die 15. Junij Praedicta Disputatio Domini Dahlmanni habita est, honorante Praesidem et Respondentem gratulatione Hebraica Clarissimo Rabbino Dno Johanne Kemper pensionario Upsalensi.

capiam ejusdem Graecae gratulationis, quoniam a me admonitus, haud invito mihi de scriptum tradidit, ego vice versa in ipsius memoriam inter facultatis acta eandem huc, ut loco suo relinquerem volui.

E. Fahlenius

Anno 1708 à junio ejusdem ad medium mensis Decembris

Decano Erico Fahlenio

Professorebus Andrea Palmroth, Jacob Wilde, Condrado Oventzel.

Carolo Schultæen, Elavo Holstenio.

- Die 14. Augusti orationem funebrem in obitum Reverendiss. Episcopi Smoland Cavalii publicè habuit ejusdem nationis studiosus Samuel Flodin, ad quam publico programme loco Professoris Eloquentiæ & Poëseos Dni Jacobi Wilde tum absentis, qui illius vires interea sustinuit Celeberrimus Moralium Professor Andreas Palmroth auditores invitavit.
- d. 5. Septemb. sub præsidio Amplissimi Matheos Professoris et tum Rectoris Magnifici Conradi Oventzels, disputavit publicè de Calculo Eclipsium solis & Lund exercitii gratia, studiosus Dnus Petrus König.
- d. 22. Ejusdem, Amplissimus Philosophia Theoreticæ Professor Dnus Elavus Holstenius elementissimè sibi demandatum munus Professorium solemniter adgressus est, habita oratione introductoriâ de Instinctu Naturali.
- d. 12. Decemb. ad examen in Philosophia rigorosum admissus fuit supra semel nominatus studiosus Samuel Flodinus, quod cum illo primo loco instituit Professor logicæ & Metaphys: Holstenius, qui cum per divergas quæstiones de Philosophiæ nomine & varia divisione; singularum item disciplinarum contentis, ad logicam deinde ac Dialecticam in specie fermionem deflectens, progressus in hoc studiorum genere satis elegantes eum fecisse deprehenderet, eum laude à se approbatum dimisit.
- Professorem logicæ excepit ordine Professor Historiarum Schultæen, qui itidem propositis variis quæstionibus de nomine Historiæ ejusq; diversa acceptatione, de Rerum-publ. formis, de statu Monarchico deinceps in specie ejusq; duplici significato, de Monarchiarum Sacrarum Auctoribus, Scriptoribus et duratione industriam illius haud spernendam expertus, similiter laudavit et commendavit.
- Tertius eum examinavit Professor Matheos Oventzel jubens ut pro exhibendo præcimine suorum in hisce disciplinis profectum indagaret terminum Paschalem pro anno futuro secundum calculum Astronomicum; cumq; computatio ista utpote intricata & difficilis, haud exiguum videretur requirere hujus astronomicæ Scientiæ notitiam, parum equi-

dem ipse in indaganda re proposita proficere visus fuisset, nisi eundem hesitanti subvenisset Dominus Professor. tamen in illis quod ad computum Eccelesiasticum singulariter spectabant egregie se expedivit, haud difficulter haec quoque applausum obtinuit.

Quarto loco Professor Moralium Andreas Palmroth instituto quam copioso & erudito colloquio de Summo Bono, de Legibus Platonicis, de Passionibus animi ex singulis temperamentis profluentibus, de virtute ejusque definitione, de numero Virtutum secundum Aristotelem, an numerus hic esset sufficiens, item an non statui posset una solum & quanam haec? de Differentia boni viri & boni Civis, an hoc ab omnibus approbatur, de differentia Philosophiae & Theologiae Moralis, de usu Moralis Philosophiae

sublimiora quidem hujus disciplinae eum non admodum attingisse perspexit, quia tamen ad vulgariora satis apposite eum respondentem invenit, encomio ornatum adprobavit.

5to loco, vices Professoris eloquentiae & Poes Jacobi Wilde quoque fuit Professor Moralium Palmroth, causam suorum in Philologia Latina & Historia Romana profectum declarandi ipsi probens ex brevissimo quodam Capite in Svetonio ex vita Jul. Caesaris: in quo interpretando ita se gessit, ut nec ob peritiam admodum laudari, nec ob imperitiam singularem redargui posset, quare ut medioeriter etiam in hoc studiorum genere versato, adprobatio adjecta fuit.

Ultimo loco Decanus ipse industriam ipsius exploravit in literis Hebraicis & Graecis, occasionem eiusdem non strandi ipsi exhibens in prioribus quidem ex 12. in hisce posterioribus vero ex Cap. 16. in Actis Ap. cum in locis illis exponendis non profus infelicitate occuparetur, haud egre ad probationem quidem reportavit; simul tamen admonebatur, ut in posterum studia haecce adhuc redderet sibi magis familiaria.

Hisce sic transactis, cum brevi momento iussus fuisset a Decano exire, collectis suffragiis mox intro revocatus, & per eundem Decanum nomine totius Facultatis Philosophicae Candidatus renunciatus est.

Anno 1708 a Die XIV Decembris ad sequentis anni diem XVII Junij
in absentia Professoris Wildii Vice Decano Andrea Palmrooth
Moralium et Politices Professore.

Professoribus

Erico Fahrenio, Conrado Ovensel, Carolo Schulteen
Elavo Holsteno, sequentia in acta facultatis relata sunt.

Anno 1708 die XVII Decembr: Pastor Ecclesiae Anderevis Fridericus Söpner libellum elementarem pro instruendis faciliore ut ipse jactitat methodo, puerulis atq; puellis conscriptum facultatis censura' subiecit, qui limatius describendus tantisper ipsi reddebatur, censente interea facultate, si mereretur atq; opera' pretium esset, ut lucem publicam videret, tanquam privati hominis labor in nullius pra'judicium ederetur; sin minus sine approbatione et censura eidem redderetur: quod ipsum sententiam propter aegritudinem nimis diuturnam Vice Decani in sequentem decanatum dilatum est.

Die XXVIII Januarij venerabili Sacratissimi Principis Caroli Regis nostri Clementissimi nomini in factis dicata Orationem luculentam de rebus a Carolo XII per bellum hoc gestis Carmine Germanico affabre et eleganter compositam habuit Studiosus Michael Dan Amplissimi Consulis Michaelis Dan senioris filius. Ad quam Sallemnitatem cohonestandam prolixo programme omnium Ordinum ac conditionum auditores invitavit Vice Decanus.

In Februario, quum tres studiosi Rogger Schultz et Metzhold Sacris initiarentur Ordinibus, occasionem nacta est Veneranda Facultas Philosophica deliberandi, quid agendum esset, quum tot darentur exempla studioforum Specimina Philosophica negligentium et illicet munera Ecclesiastica involantium; atq; simul decernendi ut litera' ad Illustissimum Cancellarium darentur atq; ab eodem humiliter peteretur, ut Facultas Theologica in mandatis acciperet, ne posthac Disciplinas Philosophicas praetergressos Juvenes ad Sacros Ordines admitteret. Ceterum post aliquot dies, quum haec querimonia forte subolfaceret Praesul et Pro Cancellarius pollicitus est se curaturum, ut, non in posterum solum obviam cretur istiusmodi immaturis Juventutis Saltibus; sed etiam Junior-

res ex Clero sollicitarentur ad gravandos honores Philosophicos et iuxta eruditionis partae Specimina edenda. Itaq' destinatae ad Cancellarium literae tantisper detenta' sunt.

Die XXVI Martij Publice peroravit de Luxu Origine, indole ac incrementis studiosi Petrus Palmrooth Stoerholmiensis ante meridiem hora X. de malis vero epinde redundantibus Martinus Johannes Roth Pernaviensis hora pomeridiana II. Typis excuso Programme ambo a Vice Decano ornati.

Die XXX Martij. de Virtute vera nobilitatis fundamento in tenella adhuc aetate peroravit Nicolaus Braun Medicinae Doctoris atq' Professoris Celeberrimi Laurentii Braunis filius, quem itidem Publico Programme decoravit Vice-Decanus. Ineunte Mense Majo a Rectore Magnifico Prof. Thea Winao in Consistorio Majori de propere instituenda Promotione Magisteriali facta mentio est, Simulq' rogati Professores Facultatis Philosophicae, ut cum Vice Decano jam aegrotante hoc de negotio communicarent consilia sua, et consistorio dein significarent, quid de termino futurae Promotionis et id genus aliis ipsis placitum esset. Frequens Facultas decrevit, ut prius cum ProCancellario coram per deputatos, Cancellario vero per literas res haec communicaretur, quom quidquam certi de termino definiretur. Deputati Professores Schulteen et Holstenius negotium hoc detulerunt ProCancellario, et petierunt, ut, qui Sacerdotes facti Specimina edituros se Academica Sponsponderant ejus auctoritate et jussu adijgerentur ad obligationem suam implendam. quod quoq' futurum promisit ProCancellarius.

Die XV Maji Literae ad Illustriissimum Cancellarium missae sunt hoc de negotio, cujus perbenignum ac Clementissimum responsum die XV Junij ad Facultatem perlatum est, in quo eidem potestas concessa est Capacia ingenia et honoribus Philosophicis digna Subjecta Philosophica Lauream ornandi. Idem cum eodem tabellario ProCancellario Significatum est, Eidemq' Simul in actu Promotoriali Cancellarii vices commissae sunt.

Die XXII Maji Disputationem Graduaalem de Atmosphaera Sub Praesidio Amplissimi Mathematicum Professoris Conradi Ovensel habuit Candidatus Samuel Flodin eandem egregie defendit

Opponentibus extra Ordinem tribus Professoribus.

Calendis Junius Praesentibus Professoribus Conrado Ovensel, Carolo Schulteen, Elavo Holstenio studiose Petrus König Wiburgensis, et Abrahamus Dahlman Aboensis trium praesentium Professorum Sponsione atq; Decani Facultatis Theologicae testimonio quod in articulis fidei examinati et approbati essent, muniti Stili Specimen ediderunt, exercitia ipsis exhibente Vice-Decano & luculentis sententiis, optione ipsis facta eligendi quae ipsis maxime arrideret. Hoc Ciceronis effatum ut avisquis est vix Optimus, ita alios improbos esse dificillime Suspicatur Dng König elaboravit. Dahlman v. hoc Epimenidis Cretensis dictum $\sigma \lambda \gamma \alpha \delta \omicron \varsigma \lambda \nu \gamma \varsigma \tau \epsilon \tau \sigma \acute{\alpha} \rho \mu \nu \omicron \varsigma$ Sua commendatione dilatavit.

Eodem die decretum ut iterum Praeses Operis Graduali disputatione continuandi Dni Königs esset Mathematicum Professor, quod tamen exemplum nemo in posterum sequeretur.

Anno 1709

Decano Conrad Ovensel Mathes. Prof.

Professoribus

Andrea Palmrooth. Erico Fahlenio, Jacobo Wilde

Carolo Schultén, Elavo Holstenio. —

sequentia in Acta Facultatis Philosophicae

relata sunt.

Die 29 Junii Generalis Superintendens & Procancelarius Dns Gabriel Stragge literis benevolis Facultatem ad futuram Magisterialem. Promotionem maturandam hortatus est, quas literas, una cum communicatis literis Cancellarii Illustriissimi, ad eundem Procancelarium datis, in frequenti Facultate recitavit Decanus & 1 Julii.

Die 1 Julii Praesente Decano, Prof. Moral. Palmrooth. & Prof: Phil. Theoretica Holstenio, Prof: vero Linguar. Fahlenio aegrotante, & Prof. Rector. Schultén h. t. Rectore Magnifico, aliis curis occupato, Prof: autem Eloquentia Wilde nondum ab exteris reduce, Examen Philosophicum institutum est cum studioso Petro König Nyli - qui in Philosophia Theoretica, Eloquentia & Mathefi non spernendos fecisse progressus deprehensus est, in Metaphysica & Physica ejus vires praecipue tentavit Philosophia Theor: Professor, in Eloquentia vices

Petr: König. Nyl:
Ex: Rector:

gerens absentis Professoris Wilde, Prof. Moralium eum exercent, requirens expositionem unius Coptis
 et Suet: Jul: Cæs. vita. Sed ^{idem} in Moralibus movens quaestiones de Definitione & divisione virtu-
 tis, tum in Politicis ^{qui sunt} characteres veri Herois perquirens, cum his studiis parum inutritum depre-
 hendit, interim tu. addita admonitione, ut horum studiorum jucunditate in posterum magis af-
 ficeretur, eum facultati de meliori nota commendavit. Decanus motus quaestionibus de Parallaxi
 eum satis expeditum in Mathematicis studiis deprehendit, Rector Magnificus, et Prof. Linguae
 scripto ejus de sideriis consenserunt, adeoque haud gravatum nomen et honores Candidati con-
 secutus est; a Decano in super ante praestitum juramentum, admonitus est, ut quia S.S.
 Theologiae esset studiosus, diligentiam ulterius studia Philosophica praecipue in Moralibus,
 Eloquentia & Linguae orientalibus excoleret. —

Eodem die concessum est, ut Candidatis reddantur Testimonia Facultatis Theologicae, in exami-
 ne styli Facultati Philosophicae oblata.

Die 10 Julii Literae Facultatis ad Illustriissimum Cancellarium datae sunt, communicantes Pro-
 gramma futuri Promotoris, Professoris Palmroth, quo ad imminentem Promotionem Magiste-
 riales, si qui ex Clero vel alii ejus honori sunt cupidi, invitantur.

Die 11 Julii, idem Programmata Valvis Academiae publice sub sigillo Facultatis affixum est.

Die 17 Julii Literae Facultatis nomine scriptae sunt ad Pastorem Anderengem — Sopnerum, & simul
 ejus Pastoris opus pro informanda Juventute in addiscendis Elementis primis Linguae
 Germanicae, redditum est sine censura.

Die, 14 Aug: Sub praesidio ipsius Decani pro Gradu Disputationem habuit De Calculo Elliptico,
 qua, Materiam pro exercitio Disputatum, contornavit, Petrus König, Candidatus, eamque
 Opponentibus extra Ordinem Professoribus 2^{bus} egregie defendit.

Die 24 Aug: Amplissimus Dns Prof. Historiarum Carolus Schulten, h.t. Rector Acad: Magnifi-
 cus, obtinuit Facultatis Consensum, Disputando edendi tractatum sub Tit. Rabbi Jehuda
 Lebh, ita ut studiosis liceat in eodem opere pro exercitio partes sustinere respon-
 dentium.

Die, 15, Sept: Sub Praesidio Rectoris Magni in Tractatu Rabbi Jehuda Lebh, Respondens primus
 fuit egregius, Carolus Alstadius Jemtlandus. Opp: extra ord: Prof. Log: —

Die 18 Sept: in eodem Tractatu Respondens secundus fuit laudabilis admodum, Henric: Gustavus Dörre,

Wenda-Livonus.

Die 25 Sept. sub Praefidio Experientiffimi & Celeberrimi Professoris Medicinæ, Dⁱ Laur: Braun, disputant de Palpitatione Cordis Johannes Schultz, Wihurgensis, idq, cum consensu Fac^{is} Philosophicæ, pro exercitio. Opponentes extra Ordinem duo fuerant Professores.

A^o 1709.

Die 20 Sept. Praefente Decano, Prof. Moral. Palmroth. Prof. Linguar. Fahlenio, Prof. Histor. Schultes. Prof. Eloq: Wilde non dum Holmia redire. Prof: vero Philosophia^o Theoretica^o Holstenio aliis curis occupato.

Examine Philosophico probatus est studiosus Abraham Dahlman, Aboënsis, in historia ad Duc- Abr. Dahlman
exam: Rig.
tum Laurenbergii, in Chronicis, examinatus, meruit commendationem ad Facultatem in Linguis ex Artibus Apostolorum, & Genesi, suam industriam mediocrem declaravit, obtinuit tamen inde commendationem. In Moralibus notis questionibus de Actione humana eiusq, principiis, parum Masculè se gessit, in Eloquentia exponens Periodum unam ex Suetonio, aliquatenus commode se expedivit. In Mathefi & usu Globorum hospes parum versatus reprehensus est. Prof: Philos: Theoretica^o ejus desideris, data approbatione scripta, consenserat.

Vix ergo obtinuit approbationem, quam adjecta gravi admonitione, ut in posterum etiam studia Philosophica diligentissime excoleret, Decanus ipsi annuntiavit, addito Titulo Candidati; quem, juramentum praestans solitum, ^{rite} excepit.

Postridie, ab hora 1^a ad 9^m post meridiem, in examine styli ^{desubantes,} approbationem obtinuerunt Duo.

Carolus Alstadius Genetica-Suecus, & Henr. Gust. Dörre Wenda Livonus. Quatuor sententias proposuit ex Plinio Duo Prof. Palmroth, ex quibus Alstadius hanc sibi elegit: Car: Alstadius
&
Henr. Gust.
Dörre
examinati in
Stylo.
sequi enim gloria non appeti debet, nec si casu aliquo non sequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulcrum est. Dörre autem hanc affumit: Ornat haec magnitudo animi, qua nihil ad ostentationem, omnia ad Consensientiam refert: recte facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit.

Eodem die Prof: Phil: Theoretica^o, D^{ns} El: Holstenius Facultati notum fecit Candidatum Dahlman, pro gradu disputaturum fore de Maris Estu reciproco, quod & Facultas ratum habuit.

Die 1 Octobris: Praefente Decano, Prof: Moral. Palmroth. Prof: Ling: Oriental: Fahlenio. Prof. Histor: Schulten. Prof: a. Eloquentia² nondum domum reverso, Prof. vere Phil. Theor.^{ca} Holstenio aegrotante.

Examine Philosophico suam ad Honores Academicos capeffendos aptitudinem declaravit Dñs Stud: Carolus Alstadius, postquam trium Professorum pro se, simul & examinibus styli socio suo exhibuisset sponfionem. In historiis cum laude versatus deprehenfus est. In Lingua Graeca satis expeditum, Hebraëa vero honesta gessisse fundamenta, perspexit Linguar. Or. Professor, qui cum, addita admonitione ad horum studiorum pleniorum maturitatem fecundandam, facultati de meliori commendavit nota. In Jure natura², circa Quaestionem de moderamine inculcata Tutela bene satis se expeditavit. Tum in Eloquentia, ex Suetonio, elegantes suos profectus probavit. In Mathesi autem Quaestionem Geometricam, Algebraicè operã solvit admodum expeditè. ^{Prof: Phil: Theor: suum scripto confensum dederat.} Candidati itaq; Titulum cum omnium applausu, praevia Jurisjuranti formula consueta, excepit.

Carolus Alstadius Exam. Rigor.

Eadem die Decanus Facultati denunciavit Candidatum Alstadium de Fundamento Computi Ecclesiastici Astronomico pro Gradu velle disputare, quod haud gravate concessum est.

Die 4 Octobr. Praefentibus Professoribus in eadem

In examine Philosophico Dñs Stud: Henricus Gustavus Dörre partem Historia² Universalis Monarchia² 2^{da} egregie explicuit Textum Graecum ex Theophrasto, & Hebraicum ex Itinerario Rabbi prompte resolvit. Philosophia² Moralis ex Budaë se monstravit eleganter peritum. Textum ex Suetonio satis commode exposuit. Et ad Generales Quaestiones Astronomicas ut earum rerum non plane rudis respondit.

Herr. Just. Dörre Exam. Rigor.

Annium itaq; examinantium cum applausu & laude, Candidati decoratus est Titulo, & juramento se obligavit praescripto.

Eadem die celeberrimus Dñs Prof. Palmroth pro suo Candidato Dörre obtinuit Facultatis consensum, pro Gradu disputandi super Quaestione aliqua Morali, de Actione Inrita

A: 1709

23 Octobr. sub Praesidio Viri Amplissimi atq; Celeberrimi Dni Professoris Philof: Theoret: Holstentii, pro Gradu Disputationem de Aestu Maris reciproco, opponente extra Ordinem Decano, egregie defendit Candidatus Abraham Sahlman.

24 Octobr. sub Praesidio Rectoris Magnifici Prof: Historiarum Celeberrimi Dni Caroli Schulten, in Tractatu Rabbi Jehuda Lebb, Respondens tertius fuit solentissimus, Dns Johannes Elias Pastelberg Pastor Ecclesiae Mustelensis in Desilio, pro Exercitio disputans.

Disp. p. Pastelbergi

30. Octobr. Insumato Specimine Styli & Cautione Professorum ^{trium;} absq; praerequisito Examine Theologico Examen subivit Rigorofum Dns Joh: Elias Pastelberg Pastor, & Professor optimo in Philosophia Theoretica, Morali, & Geographia, se fecisse monstravit, inq; reliquis partibus ad probationem & commendationem scriptam a Celeberrimis Dnis Professoribus obtinuerat, atq; proinde cum applausu delatus est Ipsi Candidati Titulus, quem praestito juramento rite excepit.

Exam. Rigorof: Pastelbergi simul & Styli

Nov Thema Disputationis Gradualis De Philosopho Christiano, Facultati probatum est edendum sub Phil. Theor. Professoris Celeberrimi Dni M. Elavi Holstentii Praesidio, & defendendum ab A^c & R^c.

n. super sententia Taciti: fortunam ad hunc tantum ad verum, quam Tulisti secundoq; nos acerrimis stimulis animus affligunt, quia in feris tolerandi in felicitate cotinuum.

1 Nov. cum consensu Facultatis Candidatus ^{Dörre} materiam Disputationis Gradualis mutavit, & priori de Jure, aliquot Theses Astronomicas exhibuit defendendas, & sub Praesidio Decani defendendas.

4 Nov. In Praesentia Professorum, Decani, Moralium, Linguarum, Historiarum & Phil^a: Theor.^{ca} frequentia sunt proposita & decisa.

1. Quaestio Magisterialis placuit futura, An honores virtutem augeant magis an Impediant? qua Quaestio deinceps 15 Nov. mutata est in aliam.
2. Respondens in ipso Actu Promotionis futurus denominabatur Pastor Desilienfis, Candidatus Joh: Elias Pastelberg.
3. Gratis eam in eodem Actu fore concessum est Candidato Henr. Gust. Dörre. qui idem Oratio-

Quaestio magisterialis, deinceps mutata.

ne publica gratiarum actione actum finiret Promotorialem.

4. Propter difficilima tempora, quandoquidem Rigan ob sidione clausam jam teneant hostilia Moscovitica arma, decretum est nullo Epulo hanc Promotionem debere celebrari.
 5. Ad Consistorium delata est quaestio, an hoc tempore instrumentis Musicis in eodem Actu liceat uti.
 6. Impensa praefinita sunt singulis Candidatis 10 Imperiales, pro quibus etiam Literas Magisteriales redimerent, qui pecuniarum Numerus pariter Promotori Celeberrimo Dno Prof: Palmroth, & Dno ^{Candidatis} negotio cum illis eodem die communicato, placuit.
 7. De censura Disputationum sub Praefidio Decani edendarum super quo negotio, hesternae luce per capsulam sententia rogata fuerunt, placuit Facultati decernere, illam obeundam à Pro-Decano, pro qua sua opera, ^{idem} quod ipsi Decano pro aliarum Disputationum censura debetur, recipiet Pro-Decanus.
 8. In penuria meliorum, studiosus Ad. Flor. Sigismundi Revaliensis nominatus est forte futurus Opponentis in ipso Promotionis actu.
 9. Decretum est omnes Candidatos debere duas breves lectiones cursorias habere idq; memoriter.
- Eodem die Candidatis ad Decanum convocatis sequentia super futura Promotionis Ceremoniis conventionem definita sunt.
- ex Consistorii decreto publicatus est dies futurae Promotionis q; 18 Novembr. diuiceps anticipatus.
- Impensas 10 Imperialium Candidatis concesserunt, modo ne peculiare quid pro literis Magisterialibus solvere cogantur Typo grapho.
- Epuli Intermissio pariter Candidatis arrisit.
- Pileis simul & Corollis se ornari, vestimentis pullis indui, & si fieri possit, Pallis sericis incedere ^{velle} promiserunt Candidati.
- Lectiones cursorias memoriter se habituros ex decreto Facultatis promiserunt quoq; Candidati.
- Sed Candidatis minus placuit studio sum Sigismundi fore Opponentem in ipso Actu Promotionis, ipse in se receperunt, ut aliquem ex praesentibus sacerdotibus persuaderent hoc munus recipere.
- Eodem die notum factum est Pastorem Torgelensem Magistrum Henricum Meurn in urbem ac-

cessisse, igitur

Postridie literis, Facultatis nomine publico datis, Magistro & Pastori Neurne sparta Proponenti
Quaestionem Magisterialem in futura Promotione, oblata est.

Die 6 Nov. Censura Facultatis suscepta est Disputatio Pastoris Pafelb: de Philosopho Christiano.
& eodem die Disputatio Alstadii censura Pro-Decani Amplissimi Dni Professoris Palm-
roths commissa est.

Die 10 Nov. Disputationem Graduaalem exhibentem Theses aliquot Astronomicas sub Praesidio Deca-
ni defendit cum laude Candidatus Henric. Gust: Dörre Opp: Extra ord: Pro-Cane: & duobus
Professoribus.

Eodem die, Jationione valvis Academia affixa Decanus praedixit lectiones cursorias postridie
habituros duos Candidatos, Petrum König. Abrahamum Dahlman. & Henricum Gusta-
vum Dörre.

A^o 1709

Die 11 Nov. horis ante Merid: 10 & postmerid: 2, in praesentia Pro-Cancellarii & Professorum om-
nium publicas habuerunt lectiones.

Candidatus Petrus König de sacerdotibus veterum.

Candidatus Abraham Dahlman, ante Meridiam Vindicias Poëtarum exposuit.

post merid: partem et Elogia Virgil: Jolen: resolvit.

Candidatus Henr. Gust: Dörre ante Merid. Versicul: ex Jöële exposuit Philologiae

post merid. de Philosoph: in græ & Logica commentatus est

Eodem die in Congistorio Dies Promotionis anticipatus est, & praefinitus die 16 Novembris.

atq; quantum ad usum Instrumentorum Musicorum, referenda erat Quaestio ad Pro-
Cancellarium, qui postea, intervenientibus e Suecia literis, publicum super Regis
sorore demortua luctum intermissum esse nuntiantibus, Musicis Instrumentis in futura
Promotionis Actu omnino utandum esse, censuit.

Die 12 Nov. Disputationem habuit Gradualement de Fundamento Compti Ecclesiastici

Astronomico Candidatus Carolus Alstadius sub Praesidio Decani: Opp: extra ordinem Pro Cancellario, idq in Praesentia Generosissimi Chiliarcha' Schreiterfeld, ejusq duorum fratrum Capitaneorum.

Disp. grad:
Alstadii.

Die 13 Nov. Disputationem Gradualement defendit Pastor Candidatus Johannes Elias Pastelberg, de Philosopho Christiano, Opp extra ord: Pro Cancellario duobus Professo-

Disp. Grad:
Pastelbergi:

ribus & insuper Affessore Parlamenti Regii Generosissimo Dno Strömfeld, in Praesentia Chiliarcharum Nieroth & Schwengelm, itemq Deconomia Praefecti Patris Affessoris opponentis, atq reditum Praefecti ^{Nob: Dno} Schwanwedel.

Die 14 Nov. Intimatione publica denuntiavit Decanus p. postridie publice Legendo Specimina edituros Dnos Candidatos, Pastorem Joh. Eliam Pastelberg & Carolum Alstadium.

eodem die Praesentibus in Facultate Decano, Prof: Moral. Prof: Linguar. Prof: Histor. & Prof Phil: Theor., cum Prof: Elog: adhuc in Juecia moraretur.

Affignatus est locus Candidatis ad Promotionem proxima die 16 Nov. futuram.

1. Johannes Elias Pastelberg. Pastor Ecclesiae Mustelensis in Oesilia.

2. Petrus König. Amanuensis Consistorii Academici. Nylandus.

3. Samuel Flodin. Smolandus. hac vice absens promovendus.

4. Carolus Alstadius. Jentia Suecus.

5. Abraham Dahlman. Borea - Fenno.

6. Henricus Gustavus Dörre. Wenda - Livonus.

Ordo Candida-
torum.

Quantum ad ordinem processus, cum per gravissimum, hanc provinciam nunc vexans bellum, & pulum esset intermittendum, placuit Facultati primum congressum Professorum & Candidatorum debere fieri in Consistorio Academico. Inde post Motorem procederent Candidati, ita ut horum postremi incederent Primus & ultimus.

* Post hos Sequentia Academica cum Pro Cancellario & Rectore Magnifico atq; universo ordine Professorum.

Sub ipso Actu Promotionis Candidatus Respondens in Cathedra inferiori proximus adfaretur subfello Professorum, Gratista proximus folio Cancellarii, reliquis medium occupantibus locum, ut sic ordo Candidatorum publice occultaretur.

Post Actum Promotionis in Templum Academicum & inde in Consistorium deducerentur novi Magistri a Pro Cancellario & Professoribus ordine succedentibus.

atq; in Templo occuparent Magistri ^{foli} subfellium aliquod primum.

Tandem Ex Consistorio Quisq; ad sua discederet.

Cumq; interim constaret de sententia Pro Cancellarii de usu instrumentorum Musicorum, æquum censuit Facultas esse, ut Candidati ipsi, præter prius promissas expensas, Musica præfecto mercedem solverent.

Promotor quoq; promisit se in Actu promotionis ^{manu} prælaturum Pileam Candidati absentis.

Atq; cum omnibus Candidatis in urbe Pallia ferica repiri nequirent, concessum est, ut omnes præter Pastorem, absq; pallis & gladio cincti in Actu Promotionis procederent.

Tempus Inchoandi Actus determinatum est hora 9 ante meridiem, ad signum Componæ Templi maximæ datum, cum horâ 8^{vã} hoc anni tempore tenebrae forent incommodæ.

Quantum ad Preces publicas in Templo Academico habendas, decretum est formulam Precationis Rectoratus, mutatis mutandis retinendam esse.

Præterea movit Quaestionem Decanus, de qua A^o 1699 in Consistorio Majori commoverat actum fuisse, an non videlicet ex publicis Candidatorum Expensis

quid deberet erogari Decano, ut omne non cederet soli Promotori. sed addidit simul Decanus

se hanc hæc vice non movere Quaestionem sua gratia, quippe qui non vellet Candidatos

hanc ob causam his temporibus amplius gravari, sed ut suum silentium alio Decano futura aliqua alia Promotione in fraudem cederet: Et factum est decretum, ut posthac Decanus ex communi Massa expensorum quas Actui Promotionis assignaturi fuerint Candidati futuri cedere debeat Decano aliqua portio pro sua opera, cum adesse omnino debeat ^{Decanus} Dissertationibus plurimis, & Intimationibus scribendis onerari; summa non praefinebatz, nisi quod duos ad minimum Imperiales pro quolibet Candidato ut Decanus reciperet visum est ^{esse} aequum.

Die 15, cum Consensu Pro Cancellarii, semel saltem, ob prope nimis imminentem Actum

Promotionis, Lectionibus publicis nimirum hora ante Meridiem 10, se exercuerunt Candidatus Pastor Pafstelberg resolvens versiculum ex Esaiâ.

Lectiones
Pafstelbergii
& Alftadii

& Candidatus Alftadius resolvens Quaestionem Algebraicam ^(non nisi) per Hypothesin Radicum secundorum xyz resolvablem.

Die 16 Nov. 1709 Hi fuerunt praecipui Promotionis ritus.

Postquam pridie in urbem accessisset Pastor Torgelsenium Mag^r Henricus Neure, & prius designata Quaestio Magisterialis in hanc effecit mutata:

An in Administratione Republica aliquando ab eo quod praecipue bonum rectum, justum, honestum est, ad illud quod contrario modo se habere & aliquid ex iniusto, injusto parum honesto ac bono trahere videatur temporum necessitate ita urgente deflectere liceat?

Quaestio
Magisterialis

Obseruatus est in congressu & Processu plane idem ordo quem Facultas die 14 Nov praescripserat.

Postquam in Auditorium Majus praesentibus Instrumentis Musicis ventum est, quo se simul contulerat Amplissima frequentia hominum cujuscumque Dignationis sexus & aetatis, orationem habuit Promotor Amplissimus atq; Celeberrimus Dns Prof: Andreas

Palmrooth, Phil. Moral. & Polit: Prof: Ord. & Fac: Phil. Senior, tam illustri Actui
 apprime convenientem & Magnificam de variis generibus Candidatorum & simul de
 Bona' Mentis Candidato.

Inter Exordium Orationis & Propositionem, itamq; post Epilogum Musicis Instru-
 mentis & voce filii Pro-Cancellarii admodum pueri canebatur.

Hinc petita & data est a Pro-Cancellario Eminentissimo Gabriele Sragge venia
 Candidatos quinq; praesentes & unum absentem promovendi.

Habita itaq; ad Candidatos brevi ^{Promotoris} admonitione renunciabantur solenniter Magistri:
 tum in Cathedram Superiorem adfugebantur singuli, unus post alterum, & manu
 Promotoris Pileo fertis vere Laureis multo Adamante splendentibus redimito, atq; an-
 nulo Aureo exornabantur, atq; recipiebant egressuri Cathedra Superiore Libros
 apertos.

atq; interim dum haec peragerentur Ceremonia Praeceptores Musici tempus jucun-
 de fallebant.

Post haec Pastor Sorghensium Mag.^r Henricus Meurne compellatus à Promotore,
 super Quaestione Magistrali argutam acutamq; fecit argumentationem, qua
 quaestionem simpliciter negandam esse annitebatq; probare.

Cui Magistrorum primus Pastor Joh: Elias Pastelberg prolixè et splendide respondit,
 responzionem Musico claudente concentu.

Et tunc simul distribuebantur per Ministerialem publicum gratulationes votivaq; ac-
 clamationes.

Tandem Oratione diferta admodum & concinna Gratias egit solennes Deo, Regi, Can-
 cellario & Pro-Cancellario, tum Praesenti Ordini Equestri atq; Professoribus, nec non
 reliquis Auditoribus & demum commilitonibus studiosis Magister Henricus

Gustavus Dörr.

Hinc in Templum Academia' applaudente concentu Musico procedebat; ducebat vero Pro Cancellarius Magistrum Paftelberg.

Rector Magnificus Magistrum Dörr, & caeteri ordine Professores Magistros reliquos.

Tempore precum Magistris subfellium suum cegit Pro Cancellarius, qui una cum

Rectore Magnifico subfellium Theologorum tantisper occupavit.

Cantores ^{etiam} vero) tam ante quam post preces concentu Musico novis Magistris gratulabantur in Templo.

Denig in Consistorium Academicum regressus Pro Cane: cum ordine Professorio Magistris omnia vovebat fausta dixitq; Vale.

1710.

Decano Elias Holstenio Philof. Theoret. Prof.

Professoribus iisdem, qui antea.

Die 28 Jan. Nomini Caroli in factis dicato, pro salute Clementiff. Regis oratione solenni vota peregit Cl. Mag. Petrus König. Nyland.

Hoc semestri appropinquante hoste atq; ideo dissipatis studiosis, cum venia Celsiffimorum Regni senatorum, Nec non illustriiff. Cancellarii in patriam passim abire Professores.